

Pan:

„Antheum terrę prolem dimitto referre,
 Quem protelavit a matre ferumque necavit. 315
 Inferni postem servans homo senserat hostem,
 Ad lucem tractus saniem spumare coactus,
 Qui fur, qui latro, Cacus protractus ab atro,
 Antro cecatur, latet indomitusque domatur.
 Cornupete fregit cornu Nessumque subegit. 320
 Setigerum pressit et abhinc se nebrida vestit.
 Pro mensis diris penis, scelerate Busiris,
 Subderis; at sospes a te redit inclitus hospes.
 Sustinet Athlantis pondus. Post omnia tantis
 Pro factis gratus superis his est sociatus.“ 325

Phebus:

„Insignis que gesta viri breviter memorasti,
 Quę nunc hos homines, interdum monstra vocasti,
 Aut in re vere vel pro re ficta fuere.
 Sunt tamen omnia significantia, quod probitatem
 Quisquis habet, superare valet luxum, feritatem. 330
 Proque suis factis bene ceptis, rite peractis,
 Cum superis vere regnum sit dignus habere.“

318–319] Vgl. Vergil, *Aen.* VIII, vv. 193 ff. 319] Nach indomitusque ist doc
 getilgt. 322 scelerate] In der Hs. korrigiert aus scelerata. 331] Vgl. Petrus
 Pictor, *Liber de sacramentis* (ed. VAN ACKER, CC Cont. Med. 25, 1972) Prol., v. 1:
 Omnibus in factis bene ceptis sive peractis ... Der Prolog (vv. 1–14) des *Liber de*
sacramentis befindet sich übrighens auch im Clm 19488, stammt jedoch von einer
 Hand des 14. Jhs., die den Text am Ende der Hs. (fol. 137^b) nachgetragen hat.
 331 rite peractis] Vgl. *Anth. Lat.* (carm. in cod. scr.) XVI 51; vgl. SCHUMANN, s. v.
 rite peracto (zahlreiche Belege).